Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



22

paulus commemorat · eodem dicit natos ex con deo · atq; ut
apti ostenderet qua gra factum sit · & uerbum inq̃t factum e̅ ·
& habitauit in nobis · Tamquam diceret · Quid mirum si filij
di facti sunt cu̅ caro e̅ent · ppter quos unicus caro fact est cum
uerbum e̅et · Hic sane magna distantia · qua utq̃ nos effecti
filij dei · mutamur in melius · Ille autē filius di cum fili hominis
factus e̅et non est mutat in deteri · si assumpsit quod erat inferi ·
Dicit & iacob · Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis · ut simus
initium aliquod creature eius · ne scilicet in eo quod ait genuit ·
hoc nos fieri putaremus quod ipse est · ideo principatum quendā
in creatura nobis hac adoptione concessum sans ostendit · Non q̃
alienū e̅et auertat · etiam si lucas ab illo e̅ ioseph genitū diceret
a quo fuerat adoptat · etiam sic q̃ppe genuit eum · non ut
homo e̅et · si ut filius e̅et · sicut nos genuit ds ut filii ei simus · qs
fecerat ut homines e̅emus · Unicum autem genuit non solum
ut filius e̅et quod pater non est · si etiam ut ds e̅et qd & pater est ·
S; plane si hoc uerbo etiam lucas uteretur · omīno e̅et ambiguum ·
quis eos adoptantem · qs ex ppria carne gignentē patrē cōme
morasset · quom & si neuter eos diceret genuit · si iste eū filium
illius & ille illius diceret · nichilominus e̅et ambiguum · quis
eos illum de quo natus erat · quis illū a quo adoptatus erat
cōmemorasset · Hunc uero cum alter dicit iacob genuit ioseph ·
alter qui fuit filius heli · etiam ipsa uerborum differentia quid
singulis suscepissent elegantē intimauerit · S; hoc facile sane
ut dici posset occurrere homini sac religioso · qui quodlibet
aliud querendum potius iudicaret · quā euangelistam crederet
mentitum esse · facile inquam occurreret ut uideret quibus
causis unus homo duos patres habere potuerit · hoc & illis
calumniis occurreret · ut litigare quā considerare maluissent ·